



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

III. Vt episcopus, priusquam ordinetur, Canones agnoscat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

sæpe solet oboriri, vt omnes Africanæ prouinciæ
episcopi obseruationem paschalem ab ecclesia Car-
thaginenfi curent accipere.

II.

Similiter placuit, vt propter causas ecclesiasticas,
quæ ad perniciem plebium sæpe veterascunt, sin-
gulis quibusque annis Concilium conuocetur. Ad
quod omnes prouinciæ quæ primas sedes habent,
de Conciliis suis ternos legatos mittant, vt & mi-
nus inuidiosi, minusque hospitibus sumptuosi
conuentus plena possit esse auctoritas. De Tripoli
autem, propter inopiam episcoporum, vnus epi-
scopus veniat.

Cod. Can.
cap. 18.

Cod. Can.
cap. 14.

III.

Item placuit, vt^h ordinandis episcopis vel cleri-
cis, prius ab ordinatoribus suis decreta Concilio-
rum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid con-
tra statuta Concilii fecisse asserant.

Cod. Can.
cap. 18.
Distinct. 38.
Placuit, vt
ordinand.

IV.

Item placuit, vt ante viginti quinque annos æta-
tis nec diaconi ordinentur, nec virgines conse-
crentur. Et vt lectores populum non saluent.

Dist. 7.
Placuit, vt
ante annos
25. Et 20. q.
1. Placuit, vt
supra.

Hoc Capitulum in vetustis quibusdam codicibus sic habetur.

Item placuit, vt lectores populum non saluent,
& vt ante 25. annos nec clerici ordinentur, nisi
primum diuinis scriptis instructi, vel ab infantia e-
ruditi, propter fidei professionem vel assertio-
nem.

V.

Item placuit, vt etiam per solennissimos pascha-
les diesⁱ sacramentum catechumenis non detur,

Concil. Tom. 3.

Ppp ij